

subiecta materia præcedentis §. strictam Judicii explicationem; præsentis verò contextus latiore exigit; diversam omnino explicationem esse reddendam.

154 Neque replices III. idem Judicium, strictè sumptum, manere, quando ab initio sunt petiti 100. postea petuntur 200. d. §. si quis 34. cur ergo non maneat idem, quando ab initio petitus est homo Stichus, postea Eros? Disparitas enim est luculenta: quia 100. & 200. sunt partes quantitativæ, ad idem totum componendum ordinatæ; consequenter non faciunt objectum formaliter diversum, sicut Stichus & Eros, quorum nullus ad alterum, eumdem totum, ordinatur.

155 Oppones II. textum in l. in delictis 4. §. ult. ff. de Noxal. act. ubi actori, qui, ex facto servi damnificatus, Dominum, quasiis damni illati conficius esset, convenerat, licentia datur, donec prius Judicium agatur, si eam de scientia Domini petiteat, ad noxalem causam transeundi. Sed hoc modò post litem contestatam, mutatur Libellus, & nova actio intentatur. Ergo &c.

156 Resp. I. hunc textum, cum ex Jere Veteri, quò formula actionum erant frequentare, desumptus sit, omnibus solvendum esse, quicumque nobilium negant, actionem de Jure Veteri mutari potuisse.

157 Resp. II. negandò minorem, quòd in casu proposito Libellus immutetur. Enim verò sicut actio noxalis non est nova substantialiter actio, sed nova tantum qualitas, actioni veteri, quæ ceteroquin ex facto servi quæ talis competeret, superaddita, ac contra Dominum servi, qui conveniri nequit, extensa: ita etiam nova substantialiter actio non movetur, quando prius Dominus scientiæ de facto servi insinulatus, atque in solidum conventus; postea, non probatà scientiâ, ad noxæ deditioem actum est. Legatur hac de re §. sunt autem 4. Inst. de Noxal. act. & conferantur Lauterbach ad ff. eod. tit. §. 2. Stryck in usu mod. ibid. §. 1. Struv. exercit. 14. ib. 42. Miller ibid. Brunnem. ad cit. l. in delictis 4. §. ult. n. 15. Haunold. Jurisprud. Judic. tr. 3. n. 167.

158 Resp. III. cit. l. posse exponi de Judicio late accepto, quod nempe durat ab oblatione Libelli usque ad litem contestatam, sicut in num. 151. responsum est.

159 Oppones III. rei vindicatio est actio substantialiter distincta ab interdicitis seu actionibus possessoriis; & tamen permixtum est actori, post litem contestatam, usque ad conclusionem in causa, relicta rei vindicatione, quam antecederet moveret, remedia possessoria intentare, juxta textum in cap. pastoralis 5. de Causa possess. & propriet. l. naturaliter 12. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. cum fundum 18. §. 1. ff. de Vi & vi arm. Ergo post litem contestatam actio-

nem substantialiter diversam instituire licet. Ergo Libellus mutari potest.

Resp. distinguendò anteced. Rei vindicatio est actio substantialiter diversa ab interdicitis seu actionibus possessoriis quoad modum essendi, seu formaliter, conc. ant. quoad modum cognoscendi, seu judicialiter, neg. ant. Volo dicere: quamvis rei vindicatio differat quoad sua prædicata essentialia & effectus ab actionibus possessoriis, attamen ex dispositione Juris in cognoscendo & dijudicando tantam cum illis connexitatem habet, ut & simul in eodem Libello conjungi, & simul in eodem Judicio & ab eodem Judice tractari debeant cap. susceptis 1. cap. ad ultimum 2. cap. cum dilectis 6. de Causa Possess. & propriet. Et hoc idem: quia causa proprietatis plerumque causam possessionis, & vicissim, involvit; illæque, qui proprietatem obtendit, simul & possessionem petit; & qui possessionem manuteneret studet, titulum, ex quo resultat proprietatis, vel allegat, vel attingit, vel præsumit. Hinc facile permixtum est, à petitorio ad possessorium, & contra, transire; adeò ut Libellus tunc non tam mutari, quam declarari & dilatarì videatur. Ubi

Quæres incidenter: an post litem contestatam liceat, relicto petitorio, non tantum remedia possessionis acquirenda vel recuperanda, sed etiam retinenda intentare?

Resp. quòd liceat. Textus expressus in cit. l. naturaliter 12. §. 1. ff. de A. vel A. P. Valens. ad rit. de Causa Possess. & propriet. n. 4. Zoëli ibid. in fin. P. Engel ibid. n. 10. Et ratio est: tum quia non potest excogitari prudens disparitas, cur remedia recuperanda vel acquirenda, non autem retinenda possessionis, liceat petitorio substituere: tum quia remedium retinendæ tam arctam cognationem cum proprietate habet, ut ordinariè, qui Dominus est, simul & possessionem civilem habeat, eamque retinere studeat.

Nec obest: quòd in cit. cap. pastoralis 5. de Causa Possess. & propriet. altum silentium sit de remedio retinendæ. Hoc enim idem factum, quia S. Pontifex, uti apparet ex narratione, de illo non erat consultus. Et licet adjecerit clausulam: aliis possessoriis Judicis in suo robore duraturis, quæ vindicationem domini sui naturam præcedens. Ea tamen haud incongruè sic explicatur, quòd alia, quæ aliis de Judicis possessoriis tum cumulandis, tum tractandis, sunt statuta, in suo robore sint duratura.

Dixi superius in n. 143. Libellum mutari usque non posse post litem contestatam in eo sensu, ut maneat idem Judicium. Quin enim mutari possit, ut simul Judicium totaliter & adæquatè mutetur, non dubito, si modò sumptus, interim à reo expensi, ab actore refundantur.

## CAPUT II. De Citatione.

Libelli oblationem, Judici factam, sequitur *Citatio*. Hæc non eodem, quò olim, modò hodie expeditur. Olim namque licebat cuivis, Adversarium suum autoritate privatà in jus vocare, & recusantem obtortò collò in jus rapere, nisi ex numero eorum extitisset, qui aut omninò vocari non poterant, aut non nisi cum venia Pratoris. Hodie non ampliùs privatà, sed publicà auctoritate, vocatio in jus, seu Citatio peragitur, sicut ex dicendis clariùs elucebit.

## SECTIO I.

### De Natura, Partibus, Diversitate, & Necessitate Citationis.

#### SUMMARIUM.

1. Citatio est idem ac in jus vocatio.
2. Definitur.
3. Est actus judicialis.
4. Quo reus.
5. Auctoritate Judicis.
6. & 7. Qua semper necessaria.
8. In jus, vel Judicium vocatur.
9. Prima Citationis pars est ejus conceptio, qua debet continere nomen Judicis.
10. Actoris.
11. Rei.
12. Loci.
13. Temporis.
14. Actionis.
15. Duo notanda.
16. Secunda pars est executio, qua continet commissionem.
17. & 18. Eaque præsumitur.
19. Et insinuationem.
20. Post quam fit relatio.
21. Notamen.
22. Citatio alia est Simplex, alia Perem-

ptoria. 23. Hæcque dupliciter fit. 24. & 25. Præxi utriusque. 26. Alia realis, alia verbalis. 27. Illa est rarior, hæc frequentior. 28. Alia generalis, alia specialis ab objecto. 29. Illa consuetudini; & 30. & seqq. Juri communi videtur conformior. 31. Alia generalis, alia specialis à subiecto. 32. & seqq. Subjunguntur exempla. 40. Adstruitur necessitas Citationis. 41. Roboratur. 42. Non remittitur in Judicio Principis. 43. Nec in processu summario. 44. Nec in causa notoria. 45. Nisi planè exceptio vel defensio nulla supersit.

#### §. I.

##### Quid sit Citatio?

1. Citatio, si nominis etym non spectetur, idem est, ac vocatio; germanicè Ladung/ Dorladung: licet, consideratò Jure Veteri, non idem fuerit, in jus vocare, & citare: cum vocatus ad Prætorem censeretur in jus vocatus; vocatus autem ad Judicem, diceretur citatus, prout hanc & alias differentias expendunt Ulmiius de Proc. disp. 5. th. 4. n. 16. & Miller ad Struv. exercit. 5. th. 6. lit. a.
2. Definiri potest, quòd fit actus Judicialis, quò reus autoritate Judicis in jus vel Judicium vocatur. Ita ferè Struvius cit. exercit. th. 8. & Miller ibid. lit. a. & seqq.
3. Dixi l. actus Judicialis. Inprimis enim Citatio decernitur à Judice: ergo judicialis actus est. Deinde à Citatione Judicium inchoari dicitur in §. ult. Inst. de Pen. rem. litigant. adeoque non potest non esse ex numero actuum Judicialium. Denique in cap. quoniam 11. de Probationib. Citatio refertur ad *acta Judicialia*: sicque naturam actuum seu actorum Judicialium habere debet.
4. Dixi II. quò reus. Regulariter enim citatur ille, contra quem actio in Libello proposta tendit; reus videlicet, aut legitimus illius administrator, tutor, curator &c. Card.

de Luca de Judic. disp. 9. n. 40. Brunnem. de Proc. cap. 3. n. 24. Aliquando tamen & alii citantur, illi videlicet, quorum interest, quibusve præjudicium imminet per l. nam ita 39. ff. de Adopt. l. de unoquoque 47. ff. de Re Judic. Brun. d. l.

Dixi III. auctoritate Judicis. Hodie enim, postquam privata in jus vocatio penitus exolevit, comparere non tenetur in Judicio, qui Judicis autoritate non fuit citatus. Stryck in usu mod. pand. ad tit. de In jus voc. §. 1. Et licet Vinnius ad §. 12. Inst. de Actio. Gudelin. Grönwegen & alii asserant, in pluribus Judiciis, præsertim inferioribus, receptum esse, ut minister publicus vel apparitor reum, ad solam actoris instantiam, citet: id tamen Germaniæ moribus vix probari, idem Stryck reponit; nec exinde consuetudinem extruendam, advertit, quòd per sepe reus, Juris ignarus, ad interpellationem actoris vel apparitoris se Judicio sistat: cum liceat etiam non legitime citato se Judici sistere, si velit, eò effectu, ut negotium pariter subsistat, ac si legitime citatus esset. Gail. lib. 1. obs. 48. num. 4. Competit nihilominus taliter & privatim citato exceptio illegitimæ Citationis. Dixi

8 Dixi IV. in *ius vel in Judicium vocatur*. Quæ vocabula, licet nunc temporis, confusa videantur, dum & Citatio cum vocatione in ius confusa dicitur; hæc tamen discrepantia remanisse creditur, quod ante litem contestationem in ius; postea in Judicium quis vocari dicitur, velut in ingressu *præced. cap. animadversum est*. Lauterbach ad *cit. tit. ff. de in ius voc. §. 3.* Relege *tract. de Judic. cap. 1. num. 30. & seqq.*

## §. II.

## Quot &amp; quales sint partes Citationis?

9 Artes Citationis duæ sunt, conceptio & executio. Conceptio requirit I. nomen Judicis citantis, vel proprium, si Iudex sit Delegatus; vel dignitatis & officii, si Iudex sit Ordinarius; ut nempe citatus intelligat, a quo & ad quem citetur; & an comparandi necessitas vel libertas relinquatur.

II. nomen actoris, Citationem petentis: sic enim agnoscit reus, quocum sibi controversia sit; numve jus obtineat, contra actorem, tanquam personam minus legalem, excipientem; aut ille jus agendi fundatum habeat.

III. nomen citandi; & si plures sint, ac disparatæ personæ, cujuslibet nomen in singulari debet exprimi; sin autem Universitas sit citanda, sufficit, Universitatem sub nomine collectivo, vel sub nomine Præpositorum, Consulium, Rectorum Universitatis, &c. vocare.

IV. nomen loci, in quo jus dicitur; nisi Iudex sit Ordinarius, cujus tribunal & prætorium aliunde certum est. V. nomen seu potius assignationem termini, ad quem citandus se sistere debet. VI. nomen genericum actionis, seu causam, ob quam reus citatur; de quibus requisitis videantur. Card. de Luca de *Judic. cit. disc. 9. num. 37. & seqq.* P. König *etc. l. 2. n. 88.* Umnius *cit. disp. th. 1. 10. per tot.* Brunnean. *cit. cap. 3. à num. 12.* Struv. *cit. extr. tit. §. 1. n. 11.* & ibi Miller à *lit. 2.* Lauterbach. ad *cit. tit. ff. de In Jus voc. §. 36. & seqq.*

15 Duo solum notanda suggero; Imprimis, quod adstructa Citationis requisita cum tanto rigore non debeant in processu summario concurrere *arg. Clem. super 2. de V. S.* Deinde, quod Libellus, loco causæ, Citationi sapientissimè perinde ac utilissimè possit & soleat inseri, factaque, ut nullæ induciæ deliberatoriæ reo deinceps indulgeantur: quippe qui, perspecto Libello, deliberare jam potuit, magisne sit proficuum, vadimonium subire, vel refugere *cap. præterea 2. de Dilat.* P. Engel ad *tit. de Lib. oblat. §. 2. n. 10.*

16 Executio Citationis geminos actus includit, commissionem Judicis, & insinuationem.

Commissionem Judicis est decretum, iussus, & mandatum de citando reo; & ab hac Commissionem, tanquam actu Jurisdictionali, Citatio fit esse juridicum, valore, & subsistentiam adipiscitur per *l. etiam si 29. §. ult. ff. de Minor. juncto cap. gratum 20. de Offic. Jud. Deleg. cap. ult. de Offic. Leg.*

Utrum Commissio præsumatur in dubio, vel ab allegante probari debeat? Pro & contra disputant Gall. 1. *obf. 54. n. 4. & 5.* Mynsing *cent. 6. obf. 10. num. 4.* Umnius *d. disp. th. 11. num. 59.* Miller ad Struv. *cit. th. 11. lit. th.*

Ego affirmare non vereor: si enim in dubio sit præsumptio pro valore actus; itaque quoque præsumptio pro commissione Judicis, quæ deficiente, Citatio non valet.

Insinatio est notificatio Citationis citando facta, per epistolam, vivam vocem, aut nuntium *ex num. 26.* & in causis Ecclesiasticis per quoslibet privatos, etiam Religiosos. Card. de Luca *cit. l. n. 43.* Fit autem ad domum solite habitationis; & si citatus fe occultet, latitet, absit, aut alias nec ipse nec domestici Citationem recipere velint, poterit nuntius seu viator, ad hoc destinatus, Citationem vel janua domus affigere, vel in ipsa domo quolibet loco reponere: habebitque eundem effectum, ac si citandus propriis eam manibus excepisset per *Clem. dudum 1. de Judic. l. 2. in cautioni 4. §. 6. ff. de Damno in fin. P. Engel d. l. num. 11.*

Facta jam Citationem, nuntius, si quis deputatus fuerit, Judici referre debet, an & quomodo Citationem insinaverit; hæcque relatio fidem præsumptivè conciliat *ex tract. de Judic. cap. 2. n. 463.* præsertim ubi ad actum fuerit repolita per *text. in cap. quoniam 11. de Probat. Rota Rom. in Recens. p. 1. decif. 461. n. 14. & p. 10. dec. 241. n. 7.* Consulto tamen facturum nuntium, advertit P. König ad *cit. tit. de Libell. p. 2. n. 77.* si is Citationem in præsentia duorum vel trium testium exequatur, præsertim si ad ipsum citandum personaliter venire nequeat.

## §. III.

## Quotuplex sit Citatio?

22 Citatio dividitur I. in Simplicem & Peremptoriam. Simplicem, quæ & Dilatoria nuncupatur, est, quæ simpliciter & absque comminatione fit, nec præciam comparandi necessitatem infert, sed, citatò non comparente, repetitur *l. ad peremptorium 68.*

*Et l. seq. ff. de Judic.* Peremptoria est, quæ cum comminatione interponitur, ac præciam comparandi necessitatem imponit, ut, si citatus non compareat, ultra non amplius audiat *l. & tertium 70. cum l. seq. ff. de Judic.*

Fit hæc Citatio vel gradatim & successive, postquam dote simplices, decem diebus pro unaquaque definitis, præcesserunt; vel absolute, nullâ simplici præcedente, in qua tamen triginta saltem dies pro comparatione reo sunt indulgendi *ad l. h.*

24 Citationem Simplicem hæc tempestate in defectum abuisse, illicque solum Peremptoriam successisse, vulgare assertum est, ut scribit Stryck. *cit. l. §. 6.* qui tamen eatenus id recipit, ut Citatio Simplex comparandi libertatem quidem præcedat, ac non comparentem ad expensas termini constringat; non etiam, ut absolute nova Citationem possit in causâ procedenti.

Peremptoriam verò non aliter decernendam, judicat, quam si terminum legalem (qui in Camera per Rec. Imper. de Anno 1654. §. 7. de hiera 36. sunt ad minimum 60. dies) contineat; & vel particula peremptoria inferatur, vel clausula de procedendo in casum absentie subjungatur: daß auf sein Aufbleiben nichts desto minder ergehen solle; was recht ist. Vide Blum, de *Proc. Cam. tit. 65. à num. 6.* Brunn, de *Proc. Civ. cap. 3. num. 31.*

26 Dividitur II. Citatio in Realem & Verbalem. Realis est, quæ realiter quis citatur, hoc est, vel injectione manuum apprehenditur, vel, aliâ violentiâ adhibita, ad Judicem rapitur. Verbalis est, quæ verbaliter quis citatur, aut misis apparitor, aut scripta in hunc finem epistola; aut edicto adhibito; aut præcone in publico vocante. Lauterbach. *cit. tit. §. 17. & 18.*

27 Posterior Citatio (si illam, quæ fit per edictam, excipias; hæc enim non aliter est licita, quam si reus latet, absit, aut aliâ viâ citari non possit. P. Engel ad *tit. de Libell. §. 2. num. 15.*) ordinaria; prior est extraordinaria: tum quia non minus injuriosa quam famosa censetur: tum quia, processus ab executione non debet exordium sumere. Unde in causis civilibus rarius ac tum demum admittitur, cum reus de fuga suspectus, vel in fuga jam constitutus est. Lauterbach. *d. §. 17.* Miller ad Struv. *d. exercit. §. 12. lit. d. & latissime D. Flek. in Biblioth. d. lib. 5. cap. 31. per tot.*

28 Dividitur III. Citatio in Generalem & Specialem. Quæ divisio amphibia est; potestque desumi tam ab objecto, quam à subjecto. Generalis ab objecto dicitur, quæ aliquis ad totam causam, in Judicio pertractandam, unice vocatione acceritur; Specialis, quæ aliquis ad unam & specialem causam, v. g. ad producendos testes, exhibenda instrumenta, præstandum juramentum &c. evocatur.

Et quidem in Germania, præcipue in Camera Imperiali, Citatio Generalis (excepta causâ purgationum & l. *Dissamari*, ubi duplex Citatio demandatur) est utilissima sub hac aut æquivalenti formula: daß er der Sachen und allen Gerichts-Tagen und Terminen bis nach endlichen Beschluß der Urtheil beywohne und aufwarte; ejusque effectus est, ut non repetatur, sed, citatò non comparente, successive, postquam dote simplices, decem diebus pro unaquaque definitis, præcesserunt; vel absolute, nullâ simplici præcedente, in qua tamen triginta saltem dies pro comparatione reo sunt indulgendi *ad l. h.*

tur in omnibus terminis in contumaciam. Gall. 1. *obf. 51. n. 10.* Mynsing. *cent. 4. obf. 33. num. 1. & 4.* Blum. *d. l. 65. n. 11.* Bronnean. *d. cap. 3. n. 9.* Lauterbach. *d. l. §. 27.* Stryck. *d. l. §. 7.* Est quoque probata Curia Romana, veluti perhibet Card. de Luca de *Judic. cit. disc. 9. n. 54.* & declarat Rota in *rec. p. 10. decif. 291. n. 2. & 3.*

De Jure Communi verò non parva emergit controversia, num Citatio Generalis ad universam causam valeat? quemadmodum palam facit Umnius de *Proc. d. disp. 5. th. 9. num. 47.* Quidquid tamen alii contradicant, sententiam affirmantem, quam post Innocentium in *cap. auditis de Procurat. n. 4.* Bart. ad *l. qui ante calendis 13. ff. de P. O. sectatur Umm. cit. tam Juri Canonico, quam Civili conformiorem sentio. Nam Jure Canonico in cap. 38. consulti 24. de Off. Jud. deleg. cap. tum ex *lit. v. 5. §. quo circa mandamus &c. de in integ. Restit. cap. cum dilecti 6. §. Volentes igitur &c. cap. ult. de Delo & contumac.* referunt Citationes, ad totam causam generaliter decretæ. Jure Civili textus occurrit in *l. qui crimen 3. Cod. de His, qui accusare non poss. ubi citatus indefinitè ad causam agendam venire iussus est. Et omnino mihi persuasum habeo, in antiqua Romanorum Judicio methodo Citationem à Prætoribus ad totam causam emanasse: cum Iudex Pedaneus, qui Jurisdictione capere, propriè non poterit sedec partes, sed terminos duntaxat assignare, intra quos vigore Citationis, à Prætoribus generaliter factæ, comparere debebant.**

Nec officit, quod hic citandi modus sit oppido difficilis: quandoquidem universa causa simul discutitur; plures autem & distincti termini sine distincta & iterata Citationem licite possunt à partibus ignorari. Nam difficultatem istam facillimè tolli, si procurator à reo absente constituatur, adnotavit Umnius *d. n. 27.* Et, si procuratorem constituere vel non velit, vel non possit, nullò tamen negotio eandem difficultatem superabit, si modo in primo comparationis termino de reliquis terminis diligentem inquirat.

Citatio Generalis à subjecto denominatur, quando plures & indeterminatæ personæ per edictum citantur; Specialis, quando una vel plures personæ determinatæ vocantur. Et hæc plerumque necessaria, quatenus & citandus in notitiam Citationis hoc modo pervenit, & una Iudex de Citationis insinuatione sequitur & certior efficitur. Illa, seu Generalis, locum non habet, nisi dum reus est absens; aut contradicitor; vel edictor est incertus: uti contingit I. in electionibus Ecclesiasticis, in quibus ante confirmationem per edictum generale vocantur omnes indeterminatæ, quicunque electioni vel electo se opponere volent per *text. in cap. ult. de Elect. in 6.* II. in processu edictali, ante cuius formationem & publicam venditionem bonorum sub hasta, citantur omnes creditores & interesse habentes, eò sine, ut de jure, si

quod habuerint, doceant, & si venire noluerint, non amplius audiantur. Gall. 1. obs. 57. 37 num. 6. Brunnem. cit. cap. 3. n. 7. III. in additione hereditatis, quam, si haeres obaram deprehenderit, non obstante beneficio inventarii, poterit generaliter citare creditores hereditarios, eo effectu, ut aliquid de debitis suis remittant, solutionem in certos terminos & ordinem distribuunt, ac, quod major pars stauerit, ratum habeant juxta l. Juris gentium 7. §. ult. & l. seq. 8. ff. de Pact. Myning. cont. 2. obseru. 47. Brun. d. cap. sub 38 num. 3. & 5. IV. in emptione castrorum vel praedii, circa quod emptor, evictionem timens, potest Citationem omnium eorum, qui jus aliquod in castro vel praedio emendo

pretendant, impetrare, ex mente Gallii d. obs. 57. n. 9. Sed renitente Brunnemano 39 de n. 4. nec sine fundamento i. praeterquam enim quod hujusmodi Citatio venditori probata foret, eaque propter absque illius assensu expediri non posset; insuper emptori per alia & ordinaria media consulitur: utpote cum venditorem evictionis nomine sibi tenear obligatum, ac, si quidpiam dolose retinuerit, de stellationatu agere non prohibetur ex l. stellationatus 3. §. 1. ff. de Stellationatu. Nostris moribus, ut auctor est Lauterb. d. §. 18. Citationis generalis, & quaecunque per edictum decernitur, plerumque in trium Dominorum territoris, citandorum, domicilium proximis, affigitur.

§. IV.

Quam necessaria sit Citatio?

40 Citatio tam necessaria proclamatur ab omnibus, ut citra nullitatem insanabilem, non possit in Processu Judiciali omitti, prout saepius judicavit Rota Romana in Recent. p. 1. decis. 129. num. 2. decis. 179. n. 3. p. 2. decis. 474. n. 1. decis. 184. n. 1. p. 4. tom. 1. dec. 272. n. 1. 3. 4. & 5. & decis. 312. n. 2. judicanteque Canonista & Civilista uno ore. Textus sunt 41 in cap. caveant 2. cap. omnia 4. III. q. 9. Ratio est: quia Citatio quoad substantiam non solum Positivam, sed etiam Naturalem Jure requiritur ad Judicium: Jus siquidem Naturae prohibet, ne ille, qui nec auditus nec defensus est, condemnatur. Sed, qui non citatur & condemnatur, nec auditus nec defensus supponitur. Ergo &c.

tus in cap. cum inter 5. de Excepti. Clem. fape 2. de P. S. Ummius de Proc. cit. disp. 5. th. 9. n. 47. Lauterb. cit. n. 34. Nec interest III. an causa sit certa, vel incerta. Potest siquidem reo competere aliqua defensio, saltem ad minuendam, si non omnino excusandam, culpam aut poenam per text. in cap. DEUS omnipotens 20. II. q. 1. ubi refertur, quod DEUS omnipotens, ut nos i. praecipua sententia prolatione commiseret, cum omnia nuda & aperta sint oculis ejus; mala tamen Sodomae noluisset audita judicare, priusquam manifeste agnosceret, qua dicebantur &c. Concedat textus in cap. qualiter & quando 24. de Accusatis. Si tamen res usque adeo notoria foret, ut a reo nequidem ad extenuandam culpam aut poenam exceptio vel defensio superesset, condemnationem absentis & non citati non interdicitam fore, definiunt textus in cap. de manifestis 17. cap. ult. II. q. 1. cap. statiminos 31. XL. q. 1. cap. cum olim 12. de Sent. & re judic. cap. cum sit 5. §. praterea de Appellat. Rota Rom. in Recent. p. 1. decis. 591. n. 6. p. 2. decis. 733. num. 9. Magnif. D. P. König ad tit. de Lib. oblat. p. 2. n. 86. Clariff. P. Westner th. n. 34. Mynsf. 6. obs. 6. n. 6. & 7. Ummius cit. l. n. 44. Lauterb. d. §. 34.

42 Nec interest I. an Summus Princeps, an inferior aliquis Judicet: nam neque Summus Princeps ordinem Judicii. Naturali Jure praecipuum, invertere, & non-citatum judicare potest cap. inter quatuor 8. de M. & O. cap. susceptus 1. de Causa poss. & propriet. Clem. pastoralis 2. §. denique &c. & §. ceterum &c. de Sent. & re jud. Gall. d. lib. 1. obs. 48. n. 2. 43 Nec interest II. an processus ordinarius, an summaris observetur: in utroque enim sancita Juris Naturae respicienda, nec, absque periculo nullitatis, omittenda sunt. Textus

44 Quid autem I. si aliquis a Judice incompetente, cui nullum titulum se subiectum noscit, citatur; anne tenebitur comparere? R. distinguendum esse inter Judicem Ordinarium & Delegatum. Citatus a Judice Ordinario, cuius incompetencia est notoria, comparere non tenetur per textum in cap. si Judex 12. de Sent. excommunicat. in 6. & Auth. habita Cod. de his qui pro parte &c. secus, si incompetencia sit dubia 45 d. h. si quis 5. ff. de Judic. Ratio est: quia mandatum notorie injustum non stringit: adeoque nec Citatio, facta a Judice, cujus incompetencia est notoria. Et ideo Clericus

SECTIO II.

De Citante, & Citando.

SUMMARIA.

46. Citare potest omnis Judex. 47. Citari potest reus, & citanti subiectus. 48. & segg. Resolvitur, an citatus ab incompetente Judice teneatur comparere? 52. Praesenti in Judicio ex alia causa terminus deliberatorius est indulgentior. 53. Parentes & Patroni non poterant olim sui venia in jus vocari. 54. Nec hodie secundum aliquos. 55. Quos Practici sequuntur. 56. Restius tamen id negatur. 57. Ostenditur quoque ex l. 15. ff. de in jus voc.

58. Cautela apponitur. 59. Olim non poterant in jus vocari Magistratus. 60. Nec quicquam ex domo extrahi. 61. Aut, dum nuptias, sacra, & funerals faceret. 62. Magistratus hodierni recte citantur. 63. & 64. Non ideo, quia omnes sunt perpetui. 65. Sed, quia Citatio publica auctoritate decernitur. 66. Item Principes & Status Imperii. 67. & seg. Potest quoque ex domo propria citari citari, 69. Non tamen eo tempore, quo sacra, nuptiae, aut

funeralia persolvit. 70. Quando citandus est extra forum, potest citari per nuntium secundum Gall. 71. At verius est, quod non. 72. Requiritur ergo Magistratus illius loci, in quo de-

git citandus. 73. Et si veniat a Superiore compellendus. 74. Imperator non habet opus hae requisitione. 75. Nec alius, tamen species quaedam Jurisdictionis ab alio possidentur.

§. I.

Quinam in genere citare, & citari possint?

46 Causa efficiens Citationis, ut loquuntur, est Judex citans ex n. 1. Potest autem citare Judex omnis, Ordinarius & Delegatus; Proprius & Prorogatus; Civilis & Criminalis; Ecclesiasticus & Saecularis &c. si modò causa, ad quam Citatio collimat; & persona, quae citanda, infra limites & sphaeram Jurisdictionis versetur per textum in cap. praterea 5. cap. prudentiam 21. in pr. de Offic. Jud. Deleg. Clem. pastoralis 2. §. nos quoque de Sent. & re jud. h. cui Jurisdictio 2. ff. Jurisd. l. si quis 5. ff. de Judic.

vel Studiosus ad Judicem Civicum, tanquam notorie incompetentem, vocatus, non habet ullam obligationem parendi. Econtra mandatum dubie injustum, sicut Lex dubie injusta, stringit saltem ad hoc, ut legitima injustitia notitia inquiratur: & quia non privatorum, sed Judicis est, de fori competencia judicare; hinc, qui speciali privilegio se munuit existimat, ad Judicem vocatus, venire, suum privilegium ostendere, illiusque judicium expectare obligatur.

47 Subjectum Citationis dicitur esse citandus. Citari verò potest, qui reus, aut alias interesse habens & simul citanti subiectus est; non habità consideratione status, sexus, aut aetatis: nam & pupilli, si infantia majores existant, in sua persona citari possunt, licet sine tutoribus agendi facultatem non habeant arg. l. gerere 1. §. 2. ff. de Administrat. & peric. tutor. Lauterbach cit. tit. §. 32. Revidetur n. 4.

Citatus a Judice Delegato se sistere non tenetur, nisi Delegatus mandatum suum exhibuerit, suamque personam (ut ajunt) legitimer per textum in cap. cum in Jure 31. de Off. Jud. Deleg. l. si quis 1. Cod. de Mand. Princ. Card. de Luca de Judic. disp. 9. n. 6. Ratio est: quia Judex Delegatus, cum extraordinarie, & ad nudum beneplacitum Delegantis constituitur, non habet praesumptionem pro se, quòd sit Judex, ut Ordinarius, sed contra se. Ergo prius Judicem se probet, quam citet vel una cum Citatione suas credenciales, ut vocant, transmittat, necesse est: alias impunè ei non parebitur arg. l. ult. ff. de Jurisdic.

48 Quid autem I. si aliquis a Judice incompetente, cui nullum titulum se subiectum noscit, citatur; anne tenebitur comparere? R. distinguendum esse inter Judicem Ordinarium & Delegatum. Citatus a Judice Ordinario, cuius incompetencia est notoria, comparere non tenetur per textum in cap. si Judex 12. de Sent. excommunicat. in 6. & Auth. habita Cod. de his qui pro parte &c. secus, si incompetencia sit dubia 49 d. h. si quis 5. ff. de Judic. Ratio est: quia mandatum notorie injustum non stringit: adeoque nec Citatio, facta a Judice, cujus incompetencia est notoria. Et ideo Clericus

An, qui praesens est in Judicio, citari debeat? Ventilian. Gall. 1. obs. 51. num. 8. Ummius cit. disp. 5. th. 8. num. 21. P. König cit. l. num. 24. In hoc tamen vix non omnes conveniunt, taliter citatio nihilominus inducias citatorias aut deliberatorias esse concedendas, ut secum de Judicio possit deliberare.

§. II.

Possintne hodie citari, qui olim sine Prætoris venia citari non poterant?

50 Lim sine Prætoris venia non poterant in jus vocari personæ, quibus ex Naturali Jure speciale reverentiam debemus l. generaliter 13. ff. de in Jus voc. Ex horum numero erant parentes utriusque sexus, immediati & mediati, usque in infinitum; item patroni & patronæ, à quibus libertas erat accepta, eorumque liberi per textum in l. quicumque 4. §. 1. & segg. l. quia semper 5. & segg. ff. d. i. l. venia 2. Cod. eod.

diedum, si lis contra personam talem moveatur, venia petitionem inserunt Libello his vel similibus verbis: und weil hietbey Kläger sich der Reverenz und Schuldigkeit/ damit ihn die Natur dem Beslagten als seinem leiblichen Vatter verbunden/ erinnert/ so wolle er deshalb zugleich Erlaubnuß a Judice in bester Form rechtens gebetten haben.

54 An hodie idipsum obtineat? Nondum unanimi suffragio à DD. est definitum. In affirmativam eunt Fachinæus lib. 10. controv. cap. 87. atque ut testatum facit P. König cit. tit. n. 82. Cameralese Authores communiter; eà ratione persuaquod vinculum naturale non minus hoc æ prioribus seculis, reverentiam, Parentibus & Patronis debitam, efflagitet. 55 Indeque Practici, ut legere est apud Stryck in usu mod. pand. ad cit. tit. de in Jus voc. §. 2. ho-

In negativam discedunt Zanger de Excepti. 6 p. 2. cap. 9. n. 9. Lauterbach d. l. §. 14. Stryck cit. §. 2. Quorum ratio est: quia, ubi cessat motivum Legis, cessat Lex ipsa. Sed hodie cessat motivum Legis, veniam Prætoris, in vocandis ad jus parentibus & patronis, statuentis: quod enim Romanis indecorum & probrosum videbatur, parentes & patronos auctoritate privata, & oborto subinde collo, in jus trahere, modernò tempore, quò, abolitâ vocatione privata, jussu Judicis ad judicium, quis citatur, non amplius pertinet scendum est: S 2 dum

dum Judex, concedendū & decernendū Citationem, æquitatem actoris, Citationem petentis, agnovisse, & ipsō factō licentiam experiendi dedisse, censetur.

§. III.

Possintne hodie citari, qui olim omnino non poterant citari?

IN Citationibus olim erat habenda ratio I. Persona: nam Magistratus Majores, Consules, Præfecti, Praetores, Proconsules &c. nunquam poterant in jus vocari l. in jus 2. ff. de in jus voc. n. s. vel auctoritas illorum evilesceret, aut officium intēra, dum lis agitur, negligēteret. II. Loci: quippe ex domo sua aliquem, juris experiendi gratiā, extrahere, netas erat: quia domus tutissimū cuique refugium atque receptaculum sit, ut ait Cajus in l. 1. §. 1. ff. de i. d. III. Temporis: quando enim quis uxorem ducebat, aut funus prolequebatur, aut causam apud Prætozem agebat, aut Sacra faciēbat, non poterat absque injuria trahi ad tribunal d. l. in jus 2. in fin. cum l. seq. ff. de in jus voc. Struv. cit. exercit. th. 5. Miller ibid. in not. d. l. a.

62. An ista consideratio hęc, quam vivimus, ætate sit habenda? Disquirendum. Personam, quod attinet, concors ferē mens Authorum est. Magistratus hodiernos, durante quoque officio, conveniri posse. Ummius de Proc. disp. cit. th. 6. num. 27. Lauterbach cit. th. 6. Struv. d. l. th. 9. Miller d. l. Brunemann, in comment. ad cit. l. in jus 2. num. 2.

63. Ratio à nonnullis redditur: quia Magistratus hodierni non temporales, uti apud Romanos, sed perpetui sunt; quos proinde ab in jus vocando & comparando absolvere velle, nihil aliud esset, quam plenissimam facultatem in 64. iuriz & iniustitiz concedere. Eandem verō rationem universalem esse, non immeritō negant Schwendendorff. ad Eckolt ad cit. tit. ff. s. 4. Stryck ibid. §. 3. eō quod non omnes Magistratus hodie sint perpetui, sed etiam in Civitatibus & Academiis Magistratus annales, triennales, quinquennales, &c. constituuntur; ac de Jure Romano jam sancitum fuerit, personas, dignitate perpetuā fulgentes, in iudicio conveniri posse l. Senatores 2. & l. seq. Cod. ubi Senat. vel Clariff.

65. Alia ergo & universalior ratio inquirenda, ac vel in eo ponenda, quod, abrogatā jam privatā in jus vocacione, neutiquam dedecet Magistratum, ad Judicem Superiorem citari, & coram eo causam agere; vel quod, si dispendium quoddam in functionibus, ob litem intermittendis, formidetur, Judex Superior

nas habet, Judici per Libellum proponit, & Citationem impetrat.

Hęc posterior sententia me quoque in se 78. quelam trahit; hęc solō notamine subjunctō, quod acturus contra patronos vel parentes in supplicatione pro impetranda Citationē ne xum reverentiz debeat exprimere: ne cateroquid Judex, non cognitō vinctō, veniam dedisse, negari possit. Quō notatō, jam corruit ratio prioris sententiz; eamque Practicorum mos, tanquā arbitrarius, & in caute-la superabundante fundatus, nequit stabilire.

§. III.

Possintne hodie citari, qui olim omnino non poterant citari?

arbitrari possit, an & quāmdiu instituta actio sit differenda.

Nec excipiendi sunt Principes & Status Imperii: nam & istam à suis subditis, quam extraneis, in jus vocari possunt; sicut tamen, ut subditō, contra Superiorem agente, Citatio non præcipitari, sed prius literaz informati- riaz ab illo Statu debeant exigī: aliis mandatum & processus pro nullis declarantur per Receff. Imp. de Anno 1654. §. benebene sōls sen 105. Ord. Cam. p. 2. tit. 4. §. fin. Capitul. Carolina art. 19. in fin. Stryck cit. l. §. 4. & 5. Eckoldt cit. tit. §. 17.

Ad Locum, ex quo persona citatur, deveniendū, notum inprimis est, ne quidem antiquō Romanorum Jure verbale Citationem in domo rei prohibitam fuisse, aliam, dum auctoritate Judicis executioni mandabatur l. sed & si is 2. ff. de in jus voc. Multō minūsignatur erit hodie prohibita, quando nulla Citatio aliā, quā Judicis auctoritate, mandatur executioni; quin & præcepta erit, dum in edibus citati vel ipsi in faciem, vel, ipsō absente, alicui de familia debet insinuari. Gail. 1. obj. §. 7. n. 14. Stryck ubi supra §. 8. Miller ad Struv. d. th. 5. l. a.

Deinde, licet à quibusdam Judicibus in Citationē reali sanctissimē observetur, ut contumacem in causis civilibus potiūs ex platea rapiant, quā ex aedibus abstrahant, sicut advertit Stryck d. l. §. 9. probabilius tamen cum eodem Authore reputo, quoties de Jure vel consuetudine licita est Citatio realis, toties reus ex aedibus suis nolentem & reluctantem extrahi posse: non enim, Ulpiand suffragante in l. injuriam 13. §. 1. ff. de Injur. habet injuriam Juris executio nec domus propria cuiquam præsidium præstat aut contra Magistratus auctoritatem, aut contra Judicalem executionem.

Tempus, quōd propter qualitatem certorum negotiorum non poterat quis olim ex n. 61. citari, hodiernis quoque moribūs servandum esse, docet Ummius cit. disp. th. 6. n. 28. & seqq. & dicit eadem æquitatis ratio: nam Sacra facientem ad profana vocare; nuptialia gaudia voce præconis turbare; funeralia, & iusta perfolventes, ab officio Christianæ pietatis abstrahere-

strahere; unā lice jam implicatum, ad aliud tribunal cogere, vel indecorum, vel incivile,

vel inhumanum est. Subintrat igitur eadem Juris dispositio.

§. IV.

An & quomodo citari possit, aut debeat, qui in foro citantis non moratur?

Quando citandus in foro citantis non moratur, potest ex sententia Gailii 1. obj. §. 6. n. 3. & 4. immediate ac per nuntium ad ipsum directum citari: eō quod directio nuntii tantum censetur esse denuntiatio non Jurisdictionalis. Sed ipsemet Gail. d. obj. n. 7. hanc citandi rationem periculosa censet. Et meritō: est enim Citatio, ejusque insinuatō, actus Jurisdictionis contentioz, vel formaliter, vel saltem integraliter & per modum complementi, qualis in alieno territorio non tantum illicitus, sed & invalidus est cap. ult. de Conf. in 6. Clem. pastoralis de Sent. & rejudic. l. ult. ff. de Jurisdic. Miller ad Struv. d. exercit. §. 10. 12. sub lit. l. ac pro violatione Jurisdictionis aliena reputatur. D. Fleck in Biliuib. lib. 5. tit. 30. n. 49. Idque maximē procedit, quando citandus foro citantis nullō titulō subiectus est.

72. Alius itaque citandi modus in simili eventu securius prædicatur. Solet nimirum Judex vel edictum publicum affigere, si citandus sit subditus; vel Magistratus illius loci, ubi citandus aut domicilium habet, aut alias moratur, requirere, & in subsidium implorare, ut illum ad se remittat, datis literis revocabilibus, seu mutui compactis, & factā pōsione, se in simili casu idem facturum. Fleck cit. l. n. 48.

Stryck cit. l. §. 11. Lauterbach ib. §. 22. Quōd si Magistratus, ita requisitus, officium suum interponere, & citatum remittere detrectaverit, potest adiri Superior, qui detrectantem compellat. Lauterbach d. §. 23. Si tamen Superiorem habeat, Stryck d. §. 11.

Quamvis autem in Imperio Romano Germanico Statibus jus primæ instantiæ, & Jurisdictionis immediata in suos subditos privatē sic concessa: nihilominus potest Imperator, Judicium Imperiale Aulicum, & Camera Imperii, in causis secundæ instantiæ, vel alias ad suam Jurisdictionem immediate pertinentibus, Subditos Statuum, citra literas requisitoriales, vi Supremæ Potestatis citare, veluti ex Franzkio lib. 1. resol. 18. n. 13. & seq. deducit laudatus Stryck §. 12. Quod enim propriū quis jure potest facere, ad faciendum alterius auxilium vel subsidium non indiget arg. l. un. Cod. de Theaur.

Idem est, quando citandus intra fines territorii citantis exilit, & alius quidam Jurisdictionem inferiorem, aut aliam, speciem possidet: Superior namque non tenetur licentiam petere ab inferiore, actum suaz Jurisdictionis proprium exercere volens. Lauterbach cit. l. §. 23. Miller cit. loc.

SECTIO III.

De Effectu Citationis.

SUMMARI A.

- 76. & seq. Citatio obligat ad parendum. 78. Perpetua Jurisdictionem delegatam. 79. Inducit preventionem. 80. Interrumpit prescriptionem. 81. Non tamen actiones perpetuas. 82. & seqq. Operatur duplicem actionem contra veritatem, qui citatus non impedit, quō minus se sistat. 87. Operatur litem pendentiam. 88. Nihil, facta Citationē, innovandum. 89. Circa rem litigiosam. 90. Que impūne non alienatur. 91. Si de dominio sit controversia. 92. Quid quid opponat Immunitas. 93. Nec aliquid innovandum circa actionem. 94. Saltem rei vindicantem.

- 95. Nec circa Jus. 96. & 97. Electio, pendente lite, nulliter fit. 98. & seq. Privilegium nulliter impetratur. 100. & seqq. Possessio continuatur. 104. & seqq. In quibus casibus sequestretur? 112. & seq. Quid Judicis faciendum? 114. Possintne quis cogi ad sequestrum recipiendum? 115. Quodnam illius jus aut obligatio sit? 116. Quomodo quis à sequestro liberari possit? 117. & seqq. Citatio in valida nihil operatur. 120. & seq. Convalscit & Jure sponte se sistat. 122. Ratio datur.

§. I.

Quos Effectus Citatio producat?

Effectus Citationis I. est, quōd obliget citatum ad comparandum, ni juxta cit. ff. si quis Jus dicenti non obtem. pœnas dare, & processum in contumaciam subire velit, ex dicendis in cap. 5. Et licet olim à præcisā comparandi necessitate quis fuerit liberatus, quando sufficientem cautionem præstitit s. 1. ff. In Jus vocati ut eant, aut Juri vel causam deni: hodie tamen, ubi citatio fit auctoritate publi-

cā, cautio non excusat. Stryck in usu mod. pand. ad cit. tit. II. est, quōd Jurisdictionem Judicis Delegati perpetuet, sicutque, ut, Delegante post Citationem mortuō, res non amplius censetur integra per ea, quæ habentur in tract. de Jurisdic. cap. 7. n. 93. & seqq.

III. est, quōd operetur preventionem, ac 79. inter plures Judices, quibus Jurisdictionis quoad unam

unam causam cumulativè competit, cognitionem illi duntaxat deferat, qui primò citavit, uti resolutum in *tratt. l. de Judic. cap. 3. à num. 406.* si tamen Citatio infinuata fuerit, ut *ibid. num. 3. 12.* decisiùm est.

80 IV. est, quòd omnem præscriptionem ab eo tempore interruptat, quò legitime fuit executioni data, veluti jam in *cap. priore à n. 108.* conclusum est, & præterea solidè probatur ex *cap. ult. §. ult. 1. si vero post tempus &c. Ut lite non contestet. &c.*

81 V. est, quòd actiones efficiat perpetuas; ut docent Socinus, Welsenbecius, & Rosbach apud Ummium *cit. disp. th. ult. num. ult.* At contradicunt idem Ummius, Magnif. P. König *cit. l. n. ult.* Lauterb. *ubi supra §. 43.*

82 Nec ratione desistuntur. Nam hæc perpetuatio extra casum, in *cap. 1. n. 91. & 113.* exceptum, provenit à sola lites contestatione per text. in *l. nam postquam §. 3. ff. de Fidei. jur. l. ult. §. 1. ff. de Fidei. jur. tutor.*

83 VI. est, quòd, si idòd tertiù acciderit, quò

minus, qui citatus erat, in Jus vel Judicium venerit, detur actori contra illum tertium actio prætoriana in factum, quanti ipsius interest, reum se non fuisse *l. ex hoc edito 3. in pr. ff. De eo per quem factum erit, quò minus quis in Judicio sistat.* Brunn. *ad cit. l. num. 1. & seqq.* Et, si tertius ille per violentiam impediatur, reum detineat, ne comparere valeat, contra eum actori competit actio prætoriana penalis, quanti res, de qua movetur controversia, ab actore fuerit aestimata *l. pen. §. ult. ff. Ne quis eum, qui in Jus vocabitur, vi extimat.* Quin85

etiam de Jure Veteri in hac & priori actione poterat actor petere, quanti sua intererat, si forte præscriptio contra actionem moram intermit, dum reus ab alio detinetur vel impeditur, fuerit completa *d. l. ex hoc edito 3. §. 1.* Sed quia Jure Noviori ex *num. 80.* per ipsam Citationis infinuacionem interruptitur omnis præscriptio: id, quòd ratione præscriptiois olim intererat, non amplius consideratur. Stryck *in usu mod. ad d. ult. ff. De eo per quem &c.*

§. II.

Qualiter Citatio litis pendentiã inducat?

84 Septimus & singularis effectus Citationis est, quòd, ubi ad partem citatam pervenit, vel per eam factum fuit, quò minus ad ejus noticiam perveniret, ac in Citatione talia sint expressa, per quæ plenè possit intrin, super quibus in Judicio contestentur, lites pendentiã inducat. Textus perspicuus in *Clem. cum lite 2. Ut lite pend. nihil innov.* cui consonat *Auth. litigiosa Cod. de Litigios. & illius fons Nov. 112. cap. 1. in pr.* Et sic corrigitur vel declaratur textus antiquior in *cap. ex parte 90. in fin. de V. S.* in quo lis indicatur esse pendens ab eo tempore, quò lites contestatio facta erat.

88 Quòd ergo in Rubrica Tituli XVI. Libri II. Decretal. & Capitulis subjunctis, uti & in *cit. Clement.* constitutum refertur, ut scilicet lite pendente nihil innovetur; initium & valorem accipit à Citatione, ritè infinuata.

89 In specie autem post Citationem, & secutam ex illa lites pendentiã, prohibutum est I. ne aliquid innovetur circa rem litigiosam; adèd ut alienatio rei litigiosæ ( præterquam, si alienatio fiat in ultima voluntate, mutuo consensu, ex causa transactionis, aut divisionis, &c.) non tantùm prohibita, sed etiam irrita sit, penã amissionis pretii & alterius eidem pretio correspondentis quantitatis in alienantem constituta, per textum in *cap. ult. XI. q. 1. cap. Ecclesia 3. & cap. seq. Ut lite pendente &c. l. lite pendente 2. l. ult. in pr. & §. 1. Cod. de Litigios.* Quin & si is, in quem alienatur res, sciverit vitium rei litigiosæ, præter amissionem pretii, tantundem præstare jubetur, *d. l. ult. in pr.* Sin autem ignoraverit, recuperat pretium ab alienatore, & insuper tertiam illius partem ab eodem acquirit *d. l. ult. §. 1. Gonzalez in cap. Ecclesia 4. Ut lite pend. n. 10. & seqq.*

Quòd tamen intelligendum est de tali re, de cujus dominio vel quasi-controversia movetur per text. in *Nov. 112. cap. 1. in pr.* & inde excerpta *Auth. litigiosa Cod. d. r. l. ibi: litigiosa res est, de cujus dominio causa movetur inter possessorem & petentorem &c.* & idèd si quæstio vertatur non de dominio, sed aliò jure, seu reali seu personali, v. g. servitute, obligatione, pignore &c. res liberè in alium, lite pendente, transferri potest. *arg. l. cum creditor 1. Cod. de Litigios. & textum mox citat. Panorm. ad cit. cap. Ecclesia 4. n. 7. Menoch. lib. 2. Præsumpt. 97. à num. 7. Wicftner ad tit. Ut lite pend. num. 16. Perez in Cod. cit. tit. n. 3. Brunnem. ad cit. Auth. n. 1. & seqq. Math. Stephani ad cit. Nov. n. 3. Disq. 2 sentit Ummius *cit. disp. 5. th. ult. n. 73.* ac vel in omni vel in nulla actione rem solà Citatione litigiosam fieri, probare conatur. At nihil efficit. Textus namque in *cit. Auth. & Nov.* clariore sunt, quam ut explicationem vel torsionem in partem & mentem Ummii admittant.*

II. prohibutum est, ut nihil innovetur circa actionem: hæc enim, cum litigiosa fiat, prohibetur alteri cedi, vendi, donari in *d. l. lite pendente 2. Cod. de Litigios.* ne forte potentior adversarius substituat, aut alienæ lites redimantur contra *per diverfas 2. & seq. Cod. Mandati.* Engel *ad tit. cit. ut lite pend. num. 4. & 5.* Sed hanc prohibitionem ad solum tempus, quò incipit à lites contestatione, in actionibus personalibus & realibus, excepta rei vindicatione, restringit Brunnem. *ad cit. l. lite pendente n. 1. & seqq.* ed quòd antiquiori Jure res litigiosa non valeat, nisi lites contestatione; Jus novius autem in sola res litigiosa vitium litigiosi per Citationem induxit.

III. prohibutum est, ne aliquid innovetur circa

circà Jus, ratione cujus litigatur: adèdque, si duò contendat de Prælatura, ad quam in discordia sunt electi, non potest nova electio institui priùs, quam negotium pristinae electionis absolutum, & cui Prælatore jus debeat, decisiùm fuerit *cap. dispensatis 1. & cap. seq. Ut lite pend. in 6. ubi prolixè Passerin. in 96 commentar.* Idque in tantùm procedit, ut electio, ante litem finitam instituta, non valeat, tamen unus ex colligatoribus juri suo renuntiaverit, aut decesserit *ad. cap. Panormitan. in cap. ex parte 10. de Arbitr. n. 3. Passerin. in cit. cap. dispensatis n. 10. & 11. Pirhing ad tit. Ut lite pend. n. 16.* Nec obloquitur *cit. cap. ex parte 10. de Arbitr.* ex eo enim, quòd, electionem secutam non valere, decidat, si superflus ex colligatoribus jus habuisse per priorem electionem quæstium declaratus fuerit, haud licet arguere, electionem valitaram, si non ille, fed mortuus aut resignatus jus habuisse reperitus fuerit: nam argumentum hoc foret à sensu contrario, quale in Decretalibus, si textus expressus extet in contrarium, non foret, sed infirmum esse, jam alibi & sæpiùs est monitum.

98 IV. prohiberi, ne aliquid innovetur circa statum controversiæ per impetrationem novi privilegii: tamen enim is, qui litem e. g. habet de jure colligendi decimas novallium, licet pendente, privilegium de decimis

novallium à S. Pontifice impetrasset; attamen talis impetratio, nisi expressim mentionem lites pendentes fecerit, est nulla *cap. ult. & cap. à memoria 1. Ut lite pend. l. licet 10. l. supplicare 2. Cod. Ut lite pend. vel post provocat.* Neque enim de Summo Principe credendum aut præsumendum, quòd privilegium aut gratiam in præjudicium alterius concedere intendat. Gonzalez in *cit. cap. ult. à n. 5.*

V. prohibutum est, ne aliquid immutetur circa possessionem rei, sed, qui ante litem inchoatam possedit, ille post litem inchoatam possidere, & fructus ac cætera possessionis commoda percipere valet. Sic enim in *tit. 101 cap. à memoria 1. Ut lite pend. Archi-Episcopo Eboracensi, cui de jure præferenda crucis per totam Angliam ab Archi-Episcopo Cantuariensi quæstio erat mota, permittitur, ut erucem in toto Angliæ Regno sibi præferri jubeat, quousque definitiva sententia decernatur. P. Pirhing ad cit. tit. num. 5. Sic in *cap. 102 laudabilem 2. eod. tit. decernitur, conjugem, qui ab altero conjuge de adulterio accusatur, ante probatam accusationem jure carnis commercii, quod habet, privari non posse. Gonzalez ad idem cap. n. 3. & seqq. Sic in Lib. I. tract. III. 103 cap. 1. à n. 154. conclusum, illum, qui in quasi-possessione juris eligendi existit, motà quoque de jure eligendi lire, ad electionem admittendum esse.**

§. III.

An & quando facta jam citatione possit decerni sequestratio?

104 A Ntecedens prohibitio, quòd scilicet pendente per citationem lite nemo sit commòdò suæ possessionis defraudandus, subinde limitatorem patitur, resque litigiosa Judicis autoritate apud tertium ed sine deponitur, ut eam victori restituat, ut indicat *tit. de Sequestratione possession. & fruct.* Quantumvis enim jus partibus, lite pendente, non sit auferendum; nec processus ab executione incipiendus; indeque sequestrum regulariter ab utroque Jure & praxi Curiarum, præsertim Romanæ, teste Card. de Luca *de Judiciis disc. 13. n. 2.* prohibeatur: attamen causa neque cessitatis & utilitatis aliud suadet. I. quando petitur res mobilis, & reus, non habens imobilia, de fuga aut rei fructuumve consumptione vel deterioratione suspectus est *cap. de libris 2. cap. ult. d. r. l. si fideiussor 7. §. 2. ff. Qui satisdare cog. Melius enim est, intacta servare jura, quam post vulneratam causam remedium querere.*

107 II. quando Prælatos, tutor, curator, maritus &c. de notabili dilapidatione vel mala administratione accusatur: tunc enim ob rationem, mox assignatam, ne scilicet medicina serò nimium præpararetur, administratores (saltem ubi vehementer præsumptio contra ipsos militat) ab administratione suspendi possunt. *cap. venerabilis 37. de Off. Jud. deleg. d. cap. allestus 2. & cap. ult. de Sequestrat. cap. per vestras 7. de Donat. inser. vir. & uxor. cap. ult. de*

Accusat. §. si quis autem 7. Insti. l. cum quem 7. Cod. de Suscept. tutor. l. quòd si forte 1. §. 1. in fin. ff. de Solut. l. si cum dotem 22. §. 8. §. si vero &c. ff. Solutio matrimonii.

III. quando periculum instat, ne possessio non sequestrata, partes litigantes ad arma proruant *arg. l. si quis 13. §. 3. ff. de Usuf. l. si super 9. Cod. de Transact.* Id quòd maximè contingit, quando pars utraque sibi possessionem arrogat. Card. de Luca *d. disc. 13. n. 9.*

IV. quando possessio est vacua, ubi, ne litem pendente tertius illam invadat, ut aliunde colligantibus vel futuro victori damni aliquid inferatur, consuetissimum est, si res sequestratur. Idem Card. *ibid. n. 7.*

V. quando agitur de beneficio Ecclesiastico, & contra eum, qui beneficium per tricenarium nondum possederat, in Curia Romana sententia in favorem actoris seu petitoris promulgatur: tunc enim beneficium (verba sunt *Clement. un. de Sequestrat. possess.*) per loci Ordinarium apud aliquam personam idoneam sequestratur, quæ plenam de ipso & debitam curam gerens, id, quòd de fructibus ipsius (debitis ejusdem supportatis oneribus) superesse contigerit, illi restituat, qui finalem in causa victoriam obtinebit. Videatur Panormitan. *ad d. Clement. & Card. de Luca de Benefic. disc. 95.*

VI. quando vertitur causa matrimonialis, & vel puella, quæ in uxorem petitur, officit exceptionem metus; vel mulier, cujus res situtio-